



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

25 Pensiones, & beneficia milites regulares possunt obtinere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

23 collegium ꝛ militum Lauretanorum erexit, & quoddam pensiones sive fructus ecclesiasticos ducentorum ducentorum super quolibet officio dictæ militiæ dicti milites clerici, & laici etiam conjugati obtinere, & jam obtentas retinere, & in alios transferre possent, concessit, ut in *constit. sub dat. Romane. 1586. quinto Kal. Iunii expedita, ut in Bull. in par. ult. cap. 34.* cuius vigore, quamplures, etiam senes, qui eorum pensiones reservatas habebant, pluribus officiis emptis, pensiones in consanguineos juvenes, & personas sibi benevolas transfulerunt, & eodem tempore, cum præsens, & residens in curia Romana essem, quamplures conquerentes de translationibus in eorum odium factis audivi.

24 Papa enim ꝛ non solum laicum potest privilegiare, ut pensiones, sed etiam, quod beneficia possit obtinere, & illa conferre, ut trad. *Gig. de pens. qu. 21. n. 4. & 5.* ꝛ Pensionesque ac beneficia possunt obtineri à militibus regularibus juxta suorum Ordinum privilegiorum, & statutorum dispositionem, licet careant privilegio clericali, etiam auctoritate ordinaria, ut fratribus ejusdem Ordinis S. Joannis Hierosolymitani à Magno Magistro, & conventu reservantur, non solum pensiones, sed etiam omnes fructus, aut pars eorum vigore privilegiorum Apostolicorum eidem ordini concessorum, ut in *Bull. Rom. Pij iiiij. cap. 14. pag. 667. post. med. vers.* & tam Magistro, quam conventui

26 Episcopus quoque ꝛ potest ex causa pensionem alicui reservare, ob evidentem utilitatem ecclesiæ, quando senex, aut incurabili infirmitate detentus, vel alia legitima de causa, quis per se ipsum deservire non potest renunciet beneficium

curatum, ei, qui magis habilis est ad curam animarum regendam, juxta tradita per Felyn. in *cap. ad audientiam. il. 2. numer. 2. vers. questio proponitur. de rescrip.* sed hodie non datur casus, quo pensio auctoritate ordinaria per resignationem possit reservari; quia resignationes in favorem sunt omnino prohibitæ, per *const. Pij V. de qua in Bull. Rom. cap. 58. 9. caveant autem.*

27 Poterit tamen Episcopus ꝛ pensionem reservare tribus ex causis.

Primò ex causa permutationis factæ, quæ est permixta, etiam ex dispositione dictæ constitutionis, ut *ibi, vers. ad hæc beneficiorum,* & tunc, si permutatio est inæqualis, potest Episcopus pro permutatione beneficiorum æquanda ei, cui beneficium tenuioris redditus confertur, super pinguiori beneficio permutato, aliquam pensionem reservare, & hoc casu, cum non intret dicta constitutio, cessat causa, & effectus illius prohibitionis, *cap. post translationem. de renunciat.* & *Tiraq. in tract. de sim. cau. par. 1. n. 114.* & tunc habet locum doctrina, Felyn. *de qua supra nu. 2.* quod Episcopus ex causa resignationis pensionem resignanti possit reservare.

Secundò ꝛ pro bono pacis ad extinguendam litē inter duos coram ipso super eodem beneficio litigantes, ex causa, quod unus cedat alteri, reservata pensione super ejusdem beneficii fructibus in favorem cedentis, ut post *Holt in c. nisi tenet Gomef. in regul. de anna. post. qu. 2. nu. 5.* & post *Anton de Butr. in cap. audivimus. col. 4. de collus. de reg. tenet Gig. in tractat. de pens. quest. 6. numer. 3. & 4. & melius quest. 85. numer. 15.*

29 Tertio in collatione beneficiorum ꝛ